



eum etiam cum una muliere de quæstione
orationis contra opinionem vel hæresin Sa-
maritanorum piguit disputare? Sed illam
inquis, credituram esse præsciebat? Quid
toties adversus Judæos, Pharisaos, Saddu-
cæos, non solum minimè credituros, ve-
rum etiam maximè contradicuros & per-
secuturos, in eos eoru[m] quām multa locutus
est? Nonne ab eis ultro cum voluit quod
voluit inquisivit, ut eorum illos responsio-
ne convinceret? Nonne illis dolose ten-
tando quærentibus, cum redarguti obmu-
tescerent, sine ulla ambiguitate respondit?
Quod cum faceret, nullus ex his legitur ad
eum sequendum fuisse conversus. Et utiq;
noverat, quia præscius erat, nihil ad eorum
salutem, cum hæc ad eos vel in eos vel ad-
versus eos diceret, profuturum, sed nos for-
tasse suo firmavit exemplo, qui futuram
fidem perfidiamve hominum prænoscere
non valemus, ne si quando nimium ni-
miumq; perversis sine fructu salutis eorum
locuti fuerimus, dfieciamus & desistamus
ab instantia prædicandi, cum inaniter pi-
guerit laborare.

Cap. IO.

Ibi, in Ecclesiâ tantum forsitan pu-
tas corripiendos & convincendos esse di-
versa sentientes, & unusquisque doctor
faorum